



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 7. Paupertas ærumnarum caussa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

adiguntur; ita homines inopia sic facit effe-  
feratos, ut obuios quosque, spolij caussa,  
quantumuis innocentes ituadant.

## §. VII.

*Paupertas arumnarum caussa.*

Ærumnas ex inopia natas quis non de-  
plorauit? Ieremias, cum lamentari vellet,  
dicebat: *Ego vir videns paupertatem meam:*  
itemque: *Recordare paupertatis & transgres-  
sionis mee, absynthij & fellis.* Et regum sapi-  
entissimus: *Omnes dies pauperis mali. Inno-  
centij verba sunt: O miserabilis conditio men-  
dicantis! si petit, pudore confunditur: si non  
petit, egestate consumitur: & ut mendicet, ne-  
cessitate competitur.* Denum caussatur iniquus,  
quod non recte diuidit; proximus criminatur  
malignus, quod non plene subueniat, indigna-  
tur, murmurat, imprecatur: *Vnde Salomon:  
Melius est mori, quam indigere.* Et, si profa-  
nas audire voces libet, ait ille:

*Omnibus modis, qui pauperes sunt homi-  
nes, miseri viuunt.* Plaut. in  
Rud.

*Præsertim quibus nec quaestus est, nec di-  
dicere artem ullam.*

Et alius: *Heu me miserum, perij male perdi-  
tus, pessime ornatuseo.* Apud  
eundem  
Euelio in  
Aululas  
ria.

*Tantum gemiti, & malæ molestia hic dies  
michi obtulit, famem* ¶

Thren. 3.  
1. lb. v. 19.  
Prou. 15.  
15.  
Innoc.  
de vilita-  
te condit.  
humanæ.

& pauperiem.

*Perditissimus ego sum omnium in terra.*

*Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri*

*Perdidi, quod custodiui sedulo? egomet me fraudavi,*

*Animumq; meum, geniumq; meum, nunc eo alijs*

*Latificantur, meo malo & damno: pati nequeo.*

Quàm multos audiuimus, amissò marsupio, ad laqueum cucurisse? Adeò restim quàm inopiam pati maluerunt.

### §. VIII.

*Paupertas extrema impatiens causa.*

Atque ut diuinum oraculum audias: *Ne quisima paupertas in ore impij.* Quod multa exempla confirmant, vno h̄ic, sed valde luctuoso rem demonstrabimus, quod Bartholomæus Bononiensis in hunc ferè modum recenset. *Antonius Vrceus Cedrus, Grammaticus celebris, Foroliij cubiculum habebat, in penitiore palatijs parte, varijs quidem ornatum picturis, sed adeò in prima diei parte obscurum, ut nisi lucerna beneficio, ne parietes quidē ipsos discernere posset. Vt ebatur itaque lucerna fictili, rara pulchritudinis; in cuius summitate calatum*

*Ecli. 13.  
30.*

*Barthol.  
Bonon.  
in vita  
Antonij  
Vrcei Co.  
dri.*